De concurrentibus remediis.

5. Iidem AA. & CC. Valentino.

ETiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus, vel [1] aliis contrahentibus, minores tam restitui rebus propriis, quam tutorum vel curatorum damna sequi, nullo eis prædijudicio per electionem [2] generando, placuit. 6. Id. Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XXVI.

SI [IN] COMMUNI EADEMQUE CAUSA IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

Pactum fororis fratri non præjudicat, ut nec restitutio fororis fratri patrocinatur.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aphobio & aliis.

NEc si major vigintiquinque annis foror vestra fuit, vobis non mandantibus [3] nec ratam [4] transactionem habentibus, de jure vestro quicquam minuere potuit. Nam si cognitis, quæ gessit [5], his consensum post vigintiquinque annos [ætatis] commodatis: quamvis illa [6] minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare possit; vobis tamen, ad communicandum Edicti perpetui beneficium, ejus ætas patrocinari non [7] poterit [8]. S. 3. Idus August. CC. CONSS. 294.

TIT. XXVII.

SI [9] ADVERSUS REM JUDICATAM [10] [RESTITUTIO [11] POSTULETUR].

De judicio tutelæ.

1. Imp. ALEXAND. A. Viliis.

MInus ex tutelæ judicio consecuti, de superfluo [12] habere actionem ita poteritis, si tempore judicii minores annis fuistis, & nunc beneficium ætatis vobis largitur: Cæterum, si post legitimam ætatem sententia prolata est, iterato [13] eandem actionem de eisdem speciebus inferre non poteritis. PP. 5. Kal. Febr. POMPEJANO & PELIGNO CONSS.

De patria potestate.

2. Imp. GORD. A. Serenæ.

SI cum pater tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem [14] a se factam valere diceret, Proconsul super causa cognoscens, te ejus potestati subjectam pronunciaverit: cum adversus eam sententiam in integrum restitui postules: is, qui provinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. PP. 15. Kalend. Decemb. ULP. & PONTIANO CONSS. 239.

De sententia ejus, qui vice Principis judicavit.

3. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS Cæs. Ælianæ.

ADversus sententiam ejus, qui nunc vice [15] Principis [16] judicavit, in integrum restitutionis auxilium apud Prætorem seu Præsidem provinciæ Clarissimum Virum flagitare nequaquam poteris: Nam adversus ejus sententiam, qui vice Principis cognovit, solus [17] Princeps restituet. PP. 18. Kal. Novemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De minoribus defensis vel indefensis.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbinio & aliis.

CUm & minores vos esse affirmetis, & indefensos [18], nullum vobis præjudicium fieri Præses provinciæ pro sua gravitate curabit. Nam si justa defensione tutorum, vel curatorum vobis assistente [19], aliquid statutum est: intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: eodem [20] obtinente, etiamsi per procuratorem vestrum legitime [21] ordinatum lis agitata est. Dat. 16. Kalend. Maji, MAXIMO & AQUIL. CONSS. 286.

De sententia lata contra tutores vel curatores.

5. Iidem AA. & CC. Marciano.

IN rem [22] pupilli, vel adulti contra tutores seu curatores a Præside lata sententia, restitutionis auxilium non [23] minus, quam si quid adversus eos fuisset statutum, implorare minores posse constat. Dat. 10. Kal. Novemb. AA. CONSS. 293.

TIT. XXVIII.

SI ADVERSUS VENDITIONEM [24].

De jurejurando.

1. Imp. ALEX. A. Florentio Militi.

SI [25] minor annis vigintiquinque emptori prædii cavisti *nullam de cætero te esse controversiam facturum*, idque etiam jurejurando [26] corporaliter [27] præstito servare confirmasti; neque [28] perfidiæ [29], neque perjurii [30] me auctorem [tibi] futurum sperare debuisti. Dat. 6. Kal. Septemb. *

Nova constitutio FRIDERICI [31].

Sacramenta puberum [32] *sponte facta super contractibus rerum suarum* [33] *non retractandis inviolabiliter custodiantur* [34]. † *Per vim* [35] *autem, vel per justum metum extorta etiam a majoribus, (maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti jubemus.*

De commentitiis venditionibus, vel curatorum infidis.

2. Imppp. CONSTANT. [CONSTANTIUS [36] & CONSTANS, AAA.] ad populum.

IN [37] integrum restitutione minoribus adversus commentitias [38] venditiones, & adversus tutorum [seu curatorum] infidias, sanctionum præfidio cautum esse non dubium est. Dat. Idib. August. *Sirmii*, CONSTANTIO II. [39] & CONSTANTE CC. CONSS. 340.

TIT. XXIX.

SI ADVERSUS VENDITIONEM PIGNORUM [40].

Si res minoris est vendita jure creditoris minor non restituitur, nisi ob enorme damnum. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabinæ & aliis.

ETiam [41] adversus venditiones pignorum [42], quæ a [43] creditoribus fiunt, minoribus subveniri, (si tamen magno detrimento afficiantur) jampridem placuit: Si igitur pignori captis prædiis, ac distractis, enorme damnum ex hujusmodi venditione passos vos ostenderitis, præsertim cum hodie minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. 10. Kal. Decembr. *Sirmii*, ipsis AA. CONSS. 293.

2. Iidem AA. & CC. Severæ & Clementinæ.

REm [44], quam a [45] patre vestro quondam creditor ejus obligatam sibi distraxit, per ætatem vestram postulantium revocari desiderium non habet rationem: Quod juris est, etiamsi extraneo successistis: Nam si creditor non bona fide versatus est: ipsum magis, vel tutores, sive curatores vestros, qui hanc venundari passi sunt, convenite. Dat. 13. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXX.

SI ADVERSUS DONATIONEM [46].

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Theodoræ.

SI [47] quæ res [48] ante nuptias congruenti [49] moderatione a minore annis vigintiquinque marito sponsaliorum tempore, etiam curatore præsente, tibi donatæ sunt: obtentu ætatis non revocabuntur. S. 3. Non. Novemb. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

---

1 Hanc colligunt differentiam inter distractum & contractum. 2 Minor restitui potest adversus electionem.

3 Gestum ab aliquo, si nostrum mandato, vel ratihabitione. 4 Ratam qui habet venditionem rei suæ, sibi præjudicat, *ut hic.* Imo non præjudicat. *l. 9. ff. de negotiis gest.* 5 In minori ætate. Imo initium actus inspicitur. *l. 3. §. ult. Cod. de in integr. restit. minor.* 25. *ann.* 6 Factum unius ex fratribus non nocet alteri. *l. 1. §. de comm. rerum alienat. l. 1. §. quibus res judicata.* 7 Restitutio minori concessa non prodest majori, quamvis minoris consorti & socio. vide *l.* 47. *§. 1. ff. de minorib.* 25. *ann.* Imo prodest in individuis, puta servitutibus. *l. 4. §. 3. vers. Itaque. ff. si servitus vindicetur. l. 1. §. si unus ex pluribus appell. l.* 10. *in pr. ff. quemadm. servitutes.* vid. *ite* Bart. 8 Vide Alexandrum *consil.* 55. *num.* 17. *lib.* 1. Rumun *consil.* 77. *lib.* 4. Affictum *decis.* 213. Mod.

9 Minores condemnati restituuntur, ut litem rursus movere possint. *Synopf. Basil. lib.* 10. *tit.* 7. *tit.* 9. Etiam adversus rem judicatam minoribus datur in integrum restitutio. 1. Harmen. 12. §. 47. 10 *l.* 18. *ff. de minorib.* Restitui minor etiam potest, si provocationem omisit. *l.* 7. 6. 11. *ff. de minorib.* vel allegationem. *l.* 36. *dict. tit.* fi contumax fuit. *l.* 53. 54. *ff. de re judic.* adversus sententiam cujusque judicis, etiam Principis. *l.* 3. *l.* 8. *l.* 18. *§.* 1. *ff. de minorib.* etiamsi de causa status agatur. *l.* 2. *l.* 6. 7. utcunque a tutoribus defensus fuerit. *l. ult. ff. h. t. l.* 29. *l.* 47. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 11 Remedia adversus sententiam, restitutio. *ut hic:* appellatio. *infr. de appellation. & consult.* Supplicatio adversus sententiam Principis & Præfecti Prætorio. *l.* 5. *& ibi Accurs. sequentia, ff. de precibus imper. offer. l. unic.]. de sentent. præf. præt.* querela falsi. *ff. ex falsis de sentent. & ex judic.* Papon. 2. *Notar. cap. Decessores.* 12 Minor etiam adversus partem sententiæ potest restitui. *l.* 29. *§.* 1. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 13 Minor (aliud in majore) potest restitui adversus sententiam. *l.* 18. *§.* 1. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 14 *l.* 5. *in fin. ff. de probationib.* 15 *l.* 18. *§.* 3. *& §.* 4. *ff. de minorib.* 25. *ann.* vide quæ ad hunc locum Cujac. 16. *observ.* 2. 16 Vel Præfecti Prætorio. *l.* 16. *in fin. l.* 17. *ff. de minorib.* 25. *ann.* Quid si lis in Principis auditorio judicata? iterum judicari potest. *l.* 18. *§.* 1. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 17 *d. §.* 1. 18 Sententia late contra minores intefenfos, eli ipfo jure nulla: e contrario, Ubi legitime defenti, valet judicium & fententia. *l.* 2. *l. in quibus caufis in integrum reftit.* 19 Vide *l.* 2. *§. fi tutor & curator.* Potentne autoritatem pupillo præftare? Bald. puat poffe. 21 Vel ultra commodum minorum. 22 Id eft, contra minores latæ contra pupillum; ideo pupillus potest reftitutionem petere.

24 Quid? adverfus emptionem poteftne reftitui? poteft non modo, fi eum emptionis contractu pœniteat. *l.* 11. *§.* 4. *l.* 27. *§.* 1. *ff. de minorib.* 25. *ann.* fed fi eam affectet. *de pradiis & aliis rebus minorum.* eft enim emptioni vicina. *l.* 2. *]. de rerum permutat.* cuique quafi mater. *l.* 1. *in pr. ff. de contrab. empt.* Plura de reftitutionibus adverfus emptionem, vid. in *l.* 1. *§.* 13. *ff. fi quid in fraud. patron.* 25 Minor reftituitur adverfus venditionem propriam, etiam fi jusjurandum interpofuerit. *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 10. *& l.* 12. *& l.* 1. Harm. 12. *§.* 66. *l.* 27. *§.* 1. *verf. Item ex diverfa. ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 11. *]. de pradiis & aliis rebus minorum.* 26 Minor jurejurando poteft fibi auferre reftitutionis beneficium. Minores reftituuntur adverfus venditionem propriam, etiam jusjurandum interpofuerint. 16. *Ecleg.* 10. *& l.* 12. *addе l. ult.]. de non numer. pecun.* 27 *l.* 3. *in fin.]. fi minor fe majorem.* id eft, tactis Sacrofanct. Evangeliis, vel manu fublata, quod Balfamo vocat *σωματικὸν ὄρκον.* vid. Cujac. *ad Nov.* 51. *adde l.* 9. *§.* 4. *ff. de jurejur.* 28 Dic tamen ut in authentico proxima. 29 His verbis Imperator denegat jurisjurandi veniam. 30 His verbis denegat Imperator reftitutionem in integrum. 31 *Z. Feuder.* 53. *& §.* 32 In hanc authent. vid. Joann. Yanez. Corneum *in repetit. folenn.* Idem Jure Canonico. *can.* 14. *parvuli 2. & feq.* 22. *quæft.* 5. Abt. Merend. *lib.* 1. *controv. cap.* 1. Alexand. Sperell. *decif. fur. Ecclef.* 47. Anf. Adde Matth. *controv. cap.* 10. *& ti.* 51. 33 Juramentum præftitum a pubere fuper contractu habeat in pupillo dolli capace: & an talis jurans poffit ultra quadriennium dicere fe enormiter lefum, docebit te Affictus *decif.* 322. item an hæc difpofitio locum etiam habeat in donatione. Decius *conf.* 181. Idem Affictus *decif.* 393. *num.* 11. Hippolytus patronatus. Decius *conf.* 639. An in donatione juris patronatus. Decius *dict. conf.* 639. Alexander *conf.* 125. *lib.* 1. Mod. Curtius non fervatur in Gallia. *Minor* enim gratiam five difpenfationem jurisjurandi petit ab epifcopo, vel ejus vicario; quæ non folet ei denegari, poftea vero literas impetrat a rege vel ejus cancellario: & ita fervatur in Curiis omnibus etiam in reftitutione majorum. Rebuff. *in præamb. conf. Burg.* 5. *n.* 50. Idem tit. 2. *tract. de reftit. & relevat.* 34 Vid. Cuj. 2. *feud. tit. hac edictali* 8. 53. *§. item Sacramenta.* 35 Inducenda fint hæc nomina *Conftantius & Conftans:* tribunenda quippe hæc lex Conftantino M. 37 *l.* 1. *Theod. de in integrum reftitutione. lib.* 2. 38 *l.* 7. *§.* 8. *ff. de minorib.* 39 Ipfo Aug. VII. & Conftantino C. IV. id eft, A. D. 326.

40 10. *Eclog.* 11. 41 Minores reftituuntur adverfus venditionem pignorum fuorum factam a fuis creditoribus, fi in ea magno detrimento fint affecti. *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 1. 42 *l.* 9. *l.* 38. *ff. de minorib.* 43 Adde *l.* 4. *ff. de rebus alienis non alienand.* ditiones pignorum a creditoribus factas: nifi forte eorum pater pignori ea obligavit cremes eorum pignorum & fideiussum, quas pater obligaverat (fi non ita ut oportet dis- *§.* 3. *ff. de rebus eorum qui sub tutel.* & ita pignus hereditarium, id eft, fucceffione ad minorem delatum, poteft a creditoribus diftrahi, Conventionale, id eft, a minore conftituum non poteft.

46 10. *Eclog.* 12. 47 *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 12. *& l.* 13. *Ecleg.* 45. 48 Mobiles. Nam immobiles non poteft fine decreto alienare. *l.* 8. *]. de fraud. & aliis rebus minorum.* 49 Minor poteft uxori moderate nuptiarum caufa donare, curatore præfente: aliud fi nimium ei donaverit. *l.* 4. *]. de fraud. & aliis rebus minor. l.* 12. *§.* 3. *ff.*

Pater

Pater non potest alienare res donatas filiis emancipatis.

2. Iidem AA. & CC. Medeæ.

SI in te ac fratrem tuum emancipator [1] pater vester donationem fecit: in alium postea transferendo portionem ejus, nihil vobis abstulit: Nec si frater tuus [sibi] quæsiti prædii rustici partem donanti patri consensit, dominium ab eo discedere potuit propter Senatusconsulti auctoritatem: nec auxilium in integrum restitutionis hac in re necessarium est. In aliis vero rebus quæ etiam sine decreti recitatione alienari possunt: si, postquam sibi donatæ fuerint, postea alii donanti eandem patri voluntatem [2] in minori ætate commodavit, nec præstituta tempora restitutionis excessit: hoc auxilium implorare potest. Dat. 8. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

TIT. XXXI.

SI ADVERSUS LIBERTATEM [3].

De sententia.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Hamniæ.

SI post decretum prætoris viri clarissimi, qui *fideicommissariam libertatem deberi pronunciaverit*, Secundus, (quem conditioni non paruisse conquereris) manumissus non est, ætas tua litis instauration em admittit. Quod si [4] libertatem (quamvis indebitam) dedisti, non posse eam revocari intelligis: sed damnum [5], quod ob eam causam illatum est judicio negotiorum gestorum a curatoribus tuis esse farciendum. PP. 2. Kal. Jul. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De manumisso vindicta.

2. Imp. GORD. A. Solanoæ.

ETsi [6] minor viginti annis, ut allegas, constituta, fervum tuum ab eo circumscripta, in consilio [7] manumisisti: tamen vindictæ [8] impositio, qua libertas justa munitur, nec obtentu quidem ætatis rescindi potest, indemnitati [9] vero tuæ a manumisso, scilicet farciendæ, ab eo, cujus jurisdictio est, quatenus juris ratio permittit, consuli debet. PP. 6. Id. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Si vindicta vel alio modo manumisso facta sit: & de fraude curatoris.

3. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Marthonæ & Sabinillæ.

QUos retrahi in fervitutem postulatis, si non [10] in concilio causa cognita, cum minores annis viginti fuissetis, manumisistis, non [11] per in integrum restitutionem, sed ipso [12] jure persequi potestis. Quod si probata causa, libertas præstita est: restitutio in integrum contra libertatem locum habere non potest. Si tamen in ea re, culpa seu fraude liberti, ejusdemque curatoris ratio vestra læsa sit: farciri [13] damnum ab eo, qui hoc intulit, Præses provinciæ curabit, non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. 8. Kal. Octob. SECULARE II. & DONATO CONSS. 261.

De sententia.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Tatiano.

IN [14] judicio de liberali causa sententiam pro libertate latam, ne quidem prærogativa minoris ætatis sine appellatione [15] posse rescindi, ambigi non potest. Dat. 6. Id. Jan. ipsis AA. v. & IV. CONSS. 293.

TIT. XXXII.

SI ADVERSUS TRANSACTIONEM [16] VEL DIVISIONEM [17] (IN INTEGRUM MINOR RESTITUI VELIT.)

Minore restituto contra transactionem vel divisionem, restituitur adversarius ad veterem actionem. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antonio.

CUm in integrum pupilla restituta, rescindi transactionem [18] vel divisionem [19] placuit: tu quoque actionibus, quas pridem habuisti, uteris. PP. 15. Kal. April. *Sirmii*, AA. CONSS. 203.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Hymnodæ.

SI ex persona minorum in integrum restitutio adversus transactum propter ætatis auxilium imploretur: tibi quoque agenti ex integro vel replicatione contra exceptionem pacti, vel si peremptam esse contendat, pristinam obligationem ex instauratione negotii tributa [20] [tibi] actione consulendum est. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 303.

TIT. XXXIII.

SI ADVERSUS SOLUTIONEM [21] A TUTORE VEL A SE FACTAM.

Minor causa cognita restituitur adversus solutionem factam ejus curatori. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sotericæ.

EXemplo cæterorum debitorum tutores etiam, quæ ex administratione tutelæ debent, curatoribus solventes liberantur: sed ante tempus in integrum restitutionis prætitutum edicto perpetuo permissum [22] beneficium implorari, & an sit tribuendum, per causæ [23] cognitionem æstimari potest. Dat. 6. Id. Febr. CC. CONSS. 294.

2. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

INdebito [24] legato, licet per errorem juris a minore soluto repetitionem ei decerni: si necdum tempus, quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit, rationis est. Dat. 15. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXIV.

SI ADVERSUS DOTEM [25].

Minor circumscripta in datione dotis viro tanta dote indigno, non tantum ipsa restituitur, sed etiam heres ejus.

1. Imp. ALEX. A. Valenti.

QUoniam circumventam [26] dicis sororem tuam [27] omnia [28] bona in dotem dedisse: an veritas allegationi [tuæ] adsistat; si [29] ad te hereditas fororis tuæ, vel bonorum possessio pertinuit, & tempora [30] nondum prætererint, intra quæ legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem; præses provinciæ, præsente adversa parte [31], examinabit. Dat. 6. Id. Jul. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

TIT. XXXV.

SI ADVERSUS DELICTUM.

Regula & exceptio.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Longino.

IN criminibus [32] quidem ætatis suffragio minores non juvantur: etenim malorum mores infirmitas [33] animi non excusat. Si tamen delictum non [34] ex animo, sed [35] extra venit: noxia non committitur, etiam si pœnæ causa pecuniæ damnum irrogetur: & ideo minoribus in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit. Dat. Id. Octob. SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

De petitione tutoris omissa.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Proculæ.

LIcet in delictis ætate [36] neminem excusari constet: matri tamen, quæ filiis tutorem ætatis lubrico lapsa non petiit, eorum minime denegari successionem convenit: cum hoc in majoribus matribus tantum obtineat [37]. 5. Nonas Mart. CC. * 294.

TIT. XXXVI.

SI ADVERSUS USUCAPIONEM.

Contra usucapionis damnum minor restituitur.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Isidoræ.

COntra eos, qui res [38] minorum tenent, si usucapione [39] dominium acquisierint, restitutionis auxilium eis decerni debet. Dat. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXVII.

SI [40] ADVERSUS FISCUM [41].

De venditione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Longino.

SI Probus in minore ætate constitutus, circumventus a Rufino dispensatore [42] nostro, venditionem [43] rei, præcipiti animo, pretio longe minore [44] contrahere festinavit: juris publici [45] fiscug nostter in integrum restitutionis jure sequetur auctoritatem [46]. Dat. * SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

---

1 Pater non potest res donatas filiis emancipatis alienare: vel ita, Donatum a patre minori emancipato, nequit alteri pater donare. *Syn. Basil. l.* 10. ne quidem minore ipso consentiente. 1. Harm. 12. *§.* 26. 2 Qui alienare non potest, non potest alienationi contentire. *l.* 160. *ff. de reg. jur.*

3 10. *Eclog.* 13. 4 Minor adversus jam collatam libertatem restitui non potest: adversus competituram potest. *l.* 11. *§.* 1. *l.* 33. *ff. de minor.* 25. *ann.* 5 *l.* 2. 3. *]. h. t. l.* 11. *l.* 48. *§.* 1. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 6 Etsi minor circumscriptus servum in concilio manumiserit, non restituitur: sed a manumisso indemnitati ejus consulitur: si fine concilio manumiserit, restituitur. *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 13. 7 *Et cum consilio* 8 Dixi ad *Ulp. l.* 5. 7. 9 Vid. *l. 1. in fin. supr. h. t.* 10 *Eclog. d. loco.* 11 Cur ita? quia quod est nullum, rescindi non potest.

12 V. *l.* 2. *]. in quibus causis restitutio.* 13 Vid. *l.* 1. *in fin. supr. h. t.* 14 Sententia pro libertate lata ne quidem prærogativa minoris ætatis rescindi potest. *Synopf. Basil.* 10. περὶ ἐλευθερίων. *ex tit.* 3. *cap.* 4. 15 *l.* 9. *ff. de appellationib.*

16 Transactione læsus minor restituitur, 10. *Eclog.* 14. 17 Divisione læsus minor restituitur. adde *l.* 17. *]. de fraud. & aliis rebus minorum.* 18 *l.* 96. *§.* 1. *ff. de solutionib.* minor tametsi transegerit, restituitur. *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 14. 19 *l. penult.]. comm. divid. l.* 17. *]. de fraud. & aliis reb. minor. l.* 1. *§.* 2. *in fin. ff. de reb. cor.* 20 Tributa actione rescissoria. Cujacius *ad l.* 28. *ff. de minorib.* 25. *ann.*

21 Solutione tutoris vel curatoris læsus minor restituitur. *l.* 98. *§.* 2. *ff. de solutionib.* vid. Socin. *reg.* 263. 22 Promissum, Cujac. 17. *obs.* 6. 23 *l.* 11. *§.* 3. 4. 24. *§.* 1. *l.* 44. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 24 *l.* 25. *ff. de minor.* adde *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 15.

25 10. *Eclog.* 4. 16. 26 Dotem omnium bonorum constituendo mulier circumscripta restituitur, *ut hic.* adde *Syn. Basil.* 10. *tit.* 16. Eadem ratione in dotis æstimatione decepta restituitur. 1. Harmen. 12. *§.* 60. 27 Sunt, qui putent pugnare cum hac lege *l.* 63. *ff. de jure dot.* fed fruftra putant: illa enim lex loquitur non de dote data, fed tantum de promiffione facta ultra facultates mulieris. *Mod.* 28 *l.* 3. *§.* 1. *l.* 9. *§.* 1. *ff. de minorib.* Idem dicendum fi fupra vires patrimonii. *l.* 43. *§.* 1. *ff. de admin. & peculi. tut.* 29 Heres minoris mulieris decepta in dote conftituenda reftitutionem petere poteft. Reftitutio tranfit ad heredem. *l.* 18. *§.* 1. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 6. *]. folut. matrimon.* 30 *l.* 3. *l.* 4. *§.* 8. *de in integr. reftit. l.* 6. *ff. de in integr. reftit.*

31 Id eft, marito: ut hinc colligas, datem protectitiam penes maritum manere. vid. quæ fcripfi ad *l.* 4. *]. folute matrim. l.* 6. *ff. de jur. dot. l.* 40. *ff. folute matrim.*

32 *l.* 2. *infr. h. t. l.* 9. *§.* 2. *l.* 37. *§.* 1. *in princ. ff. de minorib.* 25. *ann.* 1. Paul. *fent.* 9. *§.* 1. *l.* 36. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 14. *in fin. ff. de SC. Silan.* 33 Infirmitas non excusat peccatum. 34 Hanc negativam Haloander non legit. 35 Sed ex contextu, *Hal.* id eft, ex reipfa tantum. Græci ita legunt: *ἀλλ᾽ ὅτε τὸ ἁμάρτημα μὴ ἀπὸ ψυχῆς ποιηθῇ, ἀλλ᾽ ἀπὸ συναλλάγματος ἐξέστηκε:* fed ita *Synopf. Basil.* 10. *tit.* 17. *εἰ μὴ ἐκ ποιηθῇ προαιρέσεως γένηται τὸ ἁμάρτημα.* Harmen. 1. *tit.* 12. *§.* 25. ita: *εἰ μὴ ἐκ ποιηθῇ ψυχῆς ἢ προαιρέσεως γένηται τὸ ἁμάρτημα.* Contra Cujacium, inquam, eoque involuntario. vid. Cujac. *hic.* 36 Ætas non excufat a delicto: nifi tam imbecillis fit, ut non fit capax delicti. vid. Molin. *de ufur. queeft.* 13. *num.* 164.

37 Alimo ratio non affert, ne a filium & hereditatem eius fimul amittat.

38 Confule fatis loquitur Imp. nec enim diftinguit mobiles an immobiles. 39 Sic ftatuo, Res pupilli mobiles, viles præfertim & tempore perituras, licitime a tutore diftrahi. *Ex arrea fin.]. de admin. tut.* eatque ufucapi. feri & immobiles legis præfcripto, & fine ulla læfione alienatas in eadem caufa fieri. *Si adverf. vend.* Si alterutrae illegitime venditæ fint, non ufucapi, *ut hic. l.* 45. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 48. *in princ. ff. de adq. rer. dom.* adde *l. ult.]. in quibus caus. in integr. l.* 3. *in fin.]. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. & l.* 10. *Ecl. 4. tit.* 18.

40 Etiam adverfus fifcum reftituitur minor. adde 1. Harm. 12. *§.* 46. *& Syn. Basil. tit.* 19. 41 *Eclog.* 16. *c.* 19. 42 Difpenfator Principis, qui ejus pecunias adminiftrat. *C. Theod. de bis, qui cum adminiftrare contraxerunt* 10. *tit.* 24. adde *l.* 4. *]. de fide inftrum.* & quæ fcripfi ad Varronem *in fine tit.* 4. Nonium 3. *num.* 18. Feft. *in difpenfator.* Theophil. *§. recte. Inft. de mandat. l.* 1. *& l.* 62. *ff. de folution.* 43 Vel locationem. *l.* 43. *§.* 14. *ff. de jure fifci.* 44 *l.* 2. *§.* 7. *]. de refcind. vendit.* Id eft, communis. Minor reftituitur etiam contra fiscum, ficut adverfus privatum. 46 Æqui non videtur reftituendus, cum ei decepto competat ordinarium beneficium. *l.* 2. *]. de refcind. vend.* Reftitutio utilior eft minori, quia non cogitur probare fe deceptum ultra dimidium juli pretii. *Bald.*

De judice competenti, & de causæ cognitione.

2. Imp. ALEXAND. A. Antiocho & aliis.

SI adversus privatos in integrum restitutionem, tam tu quam fratres tui desideratis: Præsidis provinciæ, Viri Clarissimi notio est: isque cognita causa æstimabit, an auxilium, quod imploratis, conferri vobis debeat. Quod si [1] adversus fiscum id postulatis, intelligitis, Procuratorem meum, una cum Præside, præsente fisci patrono, adire vos debere. Dat. Kal. Aug. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De judice competenti.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Laurentio.

EDicto [2] quidem D. Marci [3] parentis [4] nostri res minorum exceptæ [5], nihil tuum adjuvant desiderium: siquidem debiti [6] causa patris minoris, vel etiam ipsius prædia venundata quinquennii [7] præscriptionis nullam admittunt quæstionem. Sed quoniam per collusionem sive fraudem, tunc temporis Procuratoris nostri nimis exiguo [8] pretio [9] fundum tuum cum mancipiis venundatum asseveras: si aditus Rationalis [10] noster tuis adesse fidem allegationibus, nec [11] servatam solemnitatem hastarum animadverterit: fisco te satisfaciente, revocata venditione fundum tibi restitui jubebit. Dat. Id. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXVIII.
SI ADVERSUS CREDITOREM [12].

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. Prunico.

CUm & ipse profitearis, cum Zenodora minore viginti quinque annis [te] contraxisse, nec [13] doceri potuisse Prætorem Virum Clarissimum ex eo contractu locupletiorem [eam esse] factam: intelligis eam merito in integrum restitutam. Dat. 6. Non. Aug. LARGO & MESSALINO CONSS. 148.

2. Imp. GORD. A. Cajano.

SI (ut allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec [14] ea in rem tuam versa est, adversus cautionem, per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxilium potes solemniter postulare. PP. 3. Non. Febr. GORD. A. II. CONS. 242.

TIT. XXXIX.
SI MINOR [15] AB HEREDITATE SE ABSTINEAT.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Florentio & aliis.

SI [16] vos paternæ hereditati non immiscuistis: ob eam rem testificatio [17] necessaria non fuit, cum fides [18] veritatis verborum adminicula non desideret. Quod si pro [19] herede gessistis, vel bonorum possessionem accepistis; propter ætatem, cui subveniri solet, in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. PP. 6. Nonas Maji, SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

In AUTHENT. ut spon. larg. §. ad hæc quoque. coll. 9. tit. 2. seu Novell. 119. cap. 6.

SI omnes creditores [20] præsentes sunt, ubi restitutio postulatur, a judice vocentur: ut intersint [21], cum minor se abstineat: Sed si omnes absint [22], vel quidam, solemniter a judice citentur [23]: quibus intra tres menses non apparentibus, minor sine periculo ab hereditate discedat: judice providente [24], ubi & qualiter res hereditariæ debeant custodiri, quantitate earum in actis [25] manifestanda.

2. Imp. GORD. A. Herodotæ.

SI, cum avi tui testamento te heredem [26] reliquissent, hereditates eorum non adiisti [27]: liberum tibi est, repudiata [28] paterna successione, per in integrum restitutionis auxilium (quo te ætatis jure dicis esse munitam) hereditatem parentum tuorum (licet antea non adiisti) nunc obtinere. PP. 3. Nonas Febr. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

TIT. XL.
SI UT [29] OMISSAM HEREDITATEM VEL BONORUM POSSESSIONEM, VEL QUID ALIUD ACQUIRAT.

1. Imp. GORDIANUS A. Protæ.

MInores vigintiquinque annis non tantum in his, quæ ex bonis propriis amiserunt, verum etiam si hereditatem sibi delatam non [30] adierint, posse in integrum restitutionis auxilium postulare, jamdudum placuit. PP. Id. Octob. ULPIO & PONTIANO CONSS. 239.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sarapiadi.

AD bonorum possessionem [31] in paternis rebus omissam minores in integrum restitutionis admitti beneficio jampridem placuit. Restituti autem decreto, bona quæ habuerunt mortis [32] tempore patris, debent conferre [fratribus.] Dat. 16. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XLI.
IN QUIBUS CAUSIS IN INTEGRUM RESTITUTIO NECESSARIA [33] NON EST.

De morte defuncti non defensa.

1. Imp. ALEXAND. A. Mutato.

MInoribus vigintiquinque annis (præsertim qui per tutores & curatores non defenduntur) non obesse, si [34] mortem defuncti parentis non ulciscantur, innumeris Divorum Parentum meorum ac meis rescriptis continetur. 5. Idus Maji, ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De querela inofficiosi.

2. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Theodoræ.

ADolescentiæ tempus non imputari in id quinquennium liberis, cujus præscriptio [35] feram inofficiosi [36] quæstionem moventibus opponi solet, manifeste ante descripsimus. Impleta igitur ætate legitima, non est in integrum restitutio necessaria: quia non redintegratio [37] amissæ causæ his datur, sed integra ipsa causa servatur [38]. PP. 2. Id. Aug. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De mora.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Decimo.

IN minorum persona [39] re ipsa, [&] ex solo tempore tardæ pretii solutionis [40], recepto [41] jure moram fieri creditum est: in his videlicet, quæ moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis [42], & legatis [43].

De sententia lata contra tutorem, qui pro officio tutelari non caverat.

4. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI tutor tuus, qui pro tutelari officio non [44] caverat, judicio expertus est; contra eum lata sententia, juri tuo officere non potuit: nec ea quæ ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent. Frustra ergo in integrum restitutionis auxilium desideras: quando ea, quæ ab eo gesta sunt, qui legitimi administratoris personam sustinere non potuit; ipso jure irrita sunt. S. 18. Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De præscriptionibus.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SAncimus [45] favore imperfectæ [46] ætatis exceptionem non numeratæ [47] pecuniæ ab initio [48] minoribus [49] non currere [50]; ne, dum in integrum restitutionem expectamus [vel] aliquod emergat obstaculum, per quod hujusmodi beneficio minor uti non possit, vel [51] substantia ejus subvertatur. Sed humanius est, latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus casibus, in quibus vetera [52] jura currere quidem temporales præscriptiones adversus minores cesse-

1 De minore restituendo adversus fiscum cognoscit procurator Cæsaris cum Præside, præsente fisci patrono: adversus privatum solus præses. 2 Quo emens a fisco, post quinquennium securus est adversus agentem. 3 §. ult. *Instit. de usurpat. & usucap.* dixi ad Theoph. *ibid.* Harm. 3. *tit.* 3. §. 95. *addit Commodi.* 4 Imperatores solent prædecessores suos (ne quidem agnatione aut stirpe conjunctos) parentes appellare, *ut hic: & l. un. supr. ne liceat potentiorib. l. ult. supr. de edendo. l. 1. J. in quibus causis restit. l. 2. J. de reb. cred. l. 5. J. de repudiis. l. 5. J. de magistratib. conven. l. 1. J. divort. facto. l. 6. J. de test. milit. l. 4. J. ad SC. Trebell. l. 2. J. si pendente appell. l. 4. J. qui bonis cedere. l. 1. l. ult. circa fin. J. qui non possunt ad libert. l. 11. J. de accusat. l. 6. J. ad l. Jul. de adult. l. 2. J. ad l. Corn. de falsis. l. 6. J. de servo pignori dato. l. 4. J. de re milit. l. 2. J. de impub. l. penult. J. de his, qui numero liberorum. l. unic. J. de reis postulatis. l. unic. J. de periculo eorum, l. 11. tit. 34. l. 1. J. de omni agro. l. 17. C. Theod. de prætorib. l. 4. C. Theod. de repar.* 5 Exemptæ, *Hal.* 6 Res pupilli, debiti causa potest a fisco alienari legitime: eo secuto, minor non restituitur. Si tamen talis venditio gratiose facta in necem minoris fuerit, venditio rescindi poterit, minore tamen debitum fisco persolvente. *l. 6. in fin. J. de fide & jure hastæ.* 7 Hodie quadriennii. vide Cujac. *J. de quadriennii præscript.* 8 *l. 3. J. si vendito pignore.* 9 Alii pro, *nimis* reponebant *numinis* vel *numinis* & totum hoc ita legebant: *Tunc temporis procuratoris nostri numinis, exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis.* sed nequicquam, cum *nimis* ei quod immediate sequitur *exiguo* jungendum recte statuerit Charondas. *Mod.* 10 Id est, procurator Cæsaris. *l. 3. J. de jure fisci.* 11 Res immobiles minorum decursis hastis alienari debent. *l. 2. J. si vend. pign. arg. l. 7. §. 8. ff. de minoribus.*
12 Id est, si adversus mutuum: Minoribus etiam cum mutuum sumunt, & id male consumunt, succurritur. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 20. 13 Minor non factus locupletior ex mutuo, vel simplici vel usurario, creditori solutionem denegare potest: id ut faciat, prius in integrum restituendus. *l. 2. J. h. t. l. 2. §. de filiofam. minor. l. 24. §. 4. l. 27. §. 1. ff. de minor.* nec interest extraneus an ipse tutor mutuum dederit. vid. Molin. *de usur. quæst.* 37. *n.* 274. 280. 14 Vid. *l. 1. supr. h. t.*
15 Si ut se ab hereditate abstineat, *vulg.* si se abstinuit hereditate. Hal. *Eclog. dict. loco cap.* 21. 22. adde *l. 3. §. 2. ff. de minorib. 25. ann.* 16 Minor restituitur, si non commodo suo hereditati se immiscuerit, vel eam adierit vel e contrario. *Syn. Basil.* 10. *tit.* 21. 17 In filio non est necessaria verbalis hereditatis paternæ repudiatio. 18 Ubi de veritate constat, verbis non est opus. Interdum tamen verba requiruntur ut in stipulatione. *l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.* in novatione. *l. 1. in fin. J. de novationib.* in testamento nuncupativo. *l. 29. in princ. J. de testam.* 19 *l. 7. §. 5. ff. de minoribus 25. ann.* 20 Creditores citandi, quoties neglecti lædi possunt. *l. 39. ff. de adopt. l. 47. ff. de re judic.* 21 Vide omnino *in hunc textum* Rot. *decis.* 9. & Guidonem Papæ *decis.* 141. & 143. Mod. 22 Præsens in judicio, non est citandus. 23 Restitutio adversus hereditatem conceditur post tres menses, si citandi citati non compareant. vide Guidonem Papæ *decis.* 141. 143. Rotam *dec.* 19. 24 Judex ex officio suo potest, parte non petente, providere atque prospicere, ne bona pereant minoris vel absentis. 25 Inventarium tutoris apud acta conficiendum. Ita confectum dicitur insinuatum. *Bald.* 26 Patre suo forte vel exheredato, vel mortuo. 27 Id est, repudiasti, vel anno tacuisti. *l. 1. J. quando non petentium.* 28 Minor potest paternam hereditatem repudiare, & avitam antea non aditam amplecti.

29 Minor sive omiserit hereditatem vel bonorum possessionem, restituitur, *ut hic.* Omittere est non adquirere. Superiori titulo, de hereditate male, hoc est, cum incommodo minoris adquisita, dictum est. adde *l. 4. J. arb. tutelæ.* 30 Omissam hereditatem minor adire potest. *l. 7. §. 7. ff. de min. 25. ann. l. 8. §. 6. J. de bon. quæ liber.* 31 Ad bonorum possessionem omissam, minores admitti possunt. 32 *l. 6. J. de coll.* 33 Id est, non habet locum. 34 Pœna multæ mortis defuncti non habet locum in heredibus minoribus. Mortem defuncti non vindicasse, minoribus non nocet, aliis nocet. vid. *l. 6. infr. de his, quib. ut indign. Syn. Basil.* 10. *tit.* 23. 35 Quinquennii, *l. 8. §. 17. ff. de inoff. testam.* 36 Tempus movendæ querelæ de inofficioso ipso jure non currit minoribus. vel ita, Inofficiosi testamenti querela legitimam ætatem adsequuta, intra quinquennium perimitur. Minoribus autem nisi 25. annum impleverunt, quinquennii tempus non currit. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 13. adde *l. 1. J. de in integrum restitut.* 37 i. e. in integrum restitutio: ita definitur a Paulo 1. *sent.* 7. §. 1. 38 Quid hinc sequitur? minores non proposita querela inofficiosi intra quinquennium, ipso jure defendi: Eorum silentio adversariis nihil adquiri. Plus est integram causam servari quam restitui. Hujusmodi silentium nullum est: si valuisset ad tempus, necessaria esset restitutio, non valuit: & tamen minor juvatur, manet igitur illi causa integra. 39 Favore minoris, re ipsa & sine tempore, sine interpellatione ulla (ut & in bonæ fidei contractibus, & in testamentis) mora contrahitur: ideoque debitor minori præstat usuras. *l. 5. J. de act. empt. l. 5. ff. de minorib. 25. ann. l. 1. §. ult. ff. de usur. l. 26. §. 1. ff. de fidejuss.* Hujusmodi mora a Molinæo irregularis mora nuncupatur, 40. *de usur. n.* 205. vel ita, Debitores minoris, si debitum legatum aut fideicommissum ultro ei non solverint, moram ei committunt. Denique, Mora fit minori re ipsa sine interpellatione, *ut hic, & l. 87. §. 1. J. de leg. 2.* ut & Fisco, *Gloss. l. cum quidam. 17. §. fiscus. 5. in verb. Inferunt. ff. de usuris.* Baldus & Jason *l. 1. Cod. de his, quibus ut indignis.* & Ecclesiæ piæve causæ, *Gloss. §. item mixta. ubi Jas. Instit. de act.* vid. Everardum *loco a minoribus ad fiscum* 64. 40 In bonæ fidei contractibus, & quibusdam stricti juris judiciis, usuræ debentur ipso jure. 41 Recipi dicuntur, quæ moribus & consuetudine, seu illiterato suffragio admittuntur. 42 Testamenta sunt stricti juris & tamen hic petuntur usuræ ex mora. Privilegium ætatis quam propriæ actionis naturam magis spectari hinc colligunt *l. 3. §. 2. ff. de adimendis vel transfer. legatis.* 43 Confer *l. 47. ff. de legat. 1. & l. 34. ff. de usur.* Ans. 44 Tutor (excipe testamentarium) qui rem pupilli salvam fore non cavit, rerum pupillarium administrationem non habet. *J. de tutore, qui satis non dedit.* Lata sententia contra eum, qui administrationem tutelæ non habet, nulla est, ideoque minori talis sententia non nocet. 45 Sancimus, *Duar.* 46 Minor ætas imperfecta. 47 Exceptio non numeratæ pecuniæ, minoribus non currit. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 3. *in fin.* 48 Id est, antehac. 49 Aliud in non minoribus. *l. 3. J. de præscript. 30. vel 40. annorum. l. 3. J. quibus non objicitur.* 50 Quando præscriptio currat contra pupillum & adultum, vide plene Bald. *in tract. præscript. prima part. 6. part. principalis.* 23. *cas.* ubi reducit ad ordinem omnium aliorum dicta. consule etiam Decium *cons.* 556. & Balb. *decis.* 319. Mod. 51 Alias ne. 52 Olim currebat quidem præscriptio adversus minores, sed adversus eam restituebantur. Hodie præscriptiones minores annis triginta minoribus non currunt: ut sit sensus, Hodie non modo exceptionem pecuniæ non numeratæ, opponi per minores, universo minoris ætatis tempore & quadriennio post, sed & alias exceptiones, quæ tempore solent præscribi.

cesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subveniebant, eas ipso jure non currere: *Melius etenim est intacta [1] eorum jura servari, quam post causam vulneratam remedium quærere:* videlicet exceptionibus triginta, vel quadraginta annorum in suo [2] statu remanentibus. Dat. Kal. Nov. *Constantinop.* post LAMPADIUM & ORESTEM VV. CC. CONSS. 531.

TIT. XLII.
QUI ET ADVERSUS QUOS IN INTEGRUM RESTITUI NON POSSUNT.

Si adolescens diligens, & industrius esse dicatur; si decurio sit; si liberos susceperit.

1. Imp. ALEXANDER A. Cononidi.

IN consilio quidem cognoscentis de restitutione in integrum esse oportet, num is, qui se minorem annis læsum esse dicit, diligens [3] paterfamilias fuerit, actibusque publicis industrium [4] se docuerit, ut lapsum eum per ætatem verisimile non sit. Verum si [5] causa cognita circumventus deprehendatur: propter hoc solum velut præscriptione a solito auxilio removeri non debet, scilicet quod urgentibus patriæ necessitatibus decurio [6] minor annis creatus sit, vel propagandæ [7] soboli liberorum educatione prospexerit. PP. 10. Kal. Octob. LUPO & MAXIMO COSS. 233.

An contra parentes, vel patronos detur restitutio.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm [8] apud veteres dubitabatur, an liberi [9] parentes suos, vel liberti patronos in querimoniam deducere possent, quasi non [10] rite in eos versatos: Quidam existimabant, nullam esse contra hujusmodi personas in integrum restitutionem, pondere naturali, vel patronali reverentia hujusmodi petulantia refragante; nisi vel [11] ex magna causa, vel adversus turpem eorum personam: Alii autem personarum quidem, vel causæ distinctionem respuendam [esse] censuerunt; tunc autem tantummodo dandam esse restitutionem putaverunt, cum minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patris, vel patroni circumscriptum esse diceret. Sed ut maneat [12] in omnibus honor parentibus, [&] patrono vel patronæ illibatus, atque intactus: sancimus, nullo modo, neque adversus parentes utriusque sexus, neque adversus patronum, vel patronam dari restitutionem [13]: nam personarum reverentia omnem eis excludit [14] restitutionem: cum proculdubio sit, etiam ipsas personas cavere, ne quid suæ opinioni contrarium existat. Dat. Kal. Sept. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLIII.
SI [15] MINOR SE MAJOREM DIXERIT, VEL [MAJOR] PROBATUS FUERIT.

De errore.

1. Imp. ALEXANDER A. Maximianæ.

SI cum minor annis vigintiquinque esses, tabulis [16] quæ sunt tuarum professionum [17], oblatis tibi, ætatem quasi major annis vigintiquinque decepta [18] probasti, in integrum restitutionem intra statutum legibus tempus, etiam post impletam ætatem, de omnibus [19] intra [eam] ætatem adversus te gestis, postulare apud eum, cui de ea re jurisdictio est, potes. PP. 12. Kal. April. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

De dolo & fallacia minoris.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Vitaliano.

SI is, qui minorem nunc se [esse] adseverat, fallaci majoris ætatis mendacio te deceperit, cum juxta statuta juris errantibus [20] non etiam fallentibus minoribus publica jura subveniant, in integrum restitui non debet [21]. Dat. 3. Kal. Decemb. DIOCLETIANO II. [22] & MAXIMIANO AA. CONSS. 293.

De dolo minoris; de injuria & circumventione adversarii; de jurejurando.

3. Iidem AA. & CC. Theodoræ.

SI alterius circumveniendi causa, minor ætate majorem te probare aspectu [23] laboraveris, cum malitia [24] suppleat ætatem, restitutionis auxilium, tam sacris constitutionibus, quam rescriptorum auctoritate denegari statutum est [25]. Quod si per injuriam, vel circumventionem adversarii hoc fuerit factum: durabit beneficium, quo minoribus causa cognita subveniri solet. Aditus itaque Præses provinciæ, probationis ætatis examinata causa; si tuum dolum non repererit intercessisse, ac te minorem [tunc] fuisse probaveris; causa cognita in integrum restitui providebit. Si [26] tamen in instrumento, per sacramenti [27] religionem, majorem te esse adseverasti: non ignorare debes, exclusum [28] tibi esse in integrum restitutionis beneficium: nisi palam & evidenter ex [29] instrumentorum probatione [30], non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderis. Hujusmodi autem sacramento corporaliter [31] præstito nullum tibi superesse auxilium, perspicui juris est. Dat. 13. Kal. Octob. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De errore.

4. Iidem AA. & CC. Labio.

CUm circa probandum annorum numerum, apud Rectorem provinciæ erratum esse proponas, & in hujusmodi causis etiam filiisfamilias minoribus subveniri admissum sit: ea, quæ in prece [32] contulisti, Præsidem provinciæ examinare convenit: qui, si æstimata ætate tua majorem annis falsa [33] opinione te præsumpsisse ex probationum luce cognoverit, erga minoris personam fidem veri sequetur. Dat. 6. Idus Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XLIV.
SI SÆPIUS [34] IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

De re judicata.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Romano, & aliis.

[SI] post sententiam Proconsulis contra vos latam desiderastis in integrum restitui, nec obtinuistis: frustra rursus, ut ea [35] quæstio [in integrum restitutionis] agitetur, desideratis; appellare [36] enim debuistis si vobis sententia displicebat: Sed [37] si adhuc in ea ætate estis, cui subveniri solet, appellandi jus vobis restituimus. PP. 5. Kal. August. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De novis causis.

2. Imp. ALEXANDER A. Justo militi.

QUanquam curatores [38] pupillæ victi sunt, cum in integrum restitui pupillam desiderabant: cum tamen novis [39] defensionibus causam instrui posse dicas, adeant curatores uxoris tuæ judicem, & petant, ut causas in integrum restitutionis agant. PP. 5. Kal. Aug. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

3. Imp. PHILIPPUS A. Anitiæ.

IN una eademque causa iteratum [40] in integrum restitutionis auxilium non jure, nisi novæ [41] defensiones prætendantur, posci, sæpe rescriptum est. PP. 2. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

TIT. XLV.
DE HIS [42] QUI VENIAM ÆTATIS IMPETRAVERUNT [43].

De restitutione deneganda.

1. Imp. AURELIANUS A. Agathocli.

EOs qui veniam ætatis [a principali Clementia] impetraverunt, etiamsi minus idonee rem suam administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse, manifestissimum est: ne hi, qui cum eis contrahunt, Principali [44] auctoritate circumscripti esse videantur. PP. Kal. Jul. AURELIANO A. & CAPITOLINO CONSS. 275.

De venia ætatis concedenda.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Verinum P. P. [45].

OMnes [46] adolescentes, qui [47] honestate morum præditi paternam frugem, vel avorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc Imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis veniam impetrare [48] audeant, cum [49] vicesimi [50] anni metas impleverint [51]: ita ut

1 *l. 2. in fin. supr. h. t.* Morbo præstat occurrere, quam præsentem depellere. adde Terentium *Eunucho act. 4. scena 6. & l. 1. J. quando liceat unicuique sine judice se vindic.* 2 Quis status earum exceptionum adversus minores? An ut currant adversus minores mox restituendos, ut vult Accursius? aut non restituendos, ut vult apud eundem Aldricus? An vero, ut non currant pupillis, sed adultis, ut vult Baldus? vid. Bart. *hic n.* 11. 3 *l. 11. §. 3. l. 44. ff. de minorib. 25. ann. Synops. Basil.* 10. *tit.* 24. 1. Harm. 12. §. 66. 4 Præsumitur pro industrio. 5 Veritatis gratia receditur a verisimili, eove quod tantum verisimile est. 6 *l. 16. J. de prædiis, & aliis rebus minor.* 7 Vid. *l. 12. J. de administr. tut.* 8 Minor adversus patrem patronumve querelam movens non restituitur. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 24. *in fin.* 9 *l. 27. in fin. ff. de minorib. 25. ann.* 10 *l. 11. §. 1. ff. de dolo. l. 4. §. 16. ff. de doli mali & metus except. l. 7. ff. de obseq. parent.* 11 *Novell.* 155. *cap.* 1. 12 *Novell.* 155. *cap.* 1. 13 Datur tamen in factum actio. *l. 5. in fin. supr. l. 11. in fin. ff. de dolo.* 14 Imo non excludit. *l. 2. supr. si adversus rem jud. l. 2. supr. si advers. donationem. l. ult. §. 1. vers. nolente, & §. 6. J. de bonis, quæ liberis.*
15 10. *Eclog.* 4. *tit.* 25. 16 Adde *l. 2. §. 2. J. tit. 45. & l. 12. l. 16. ff. de probat. l. 2. §. 1. ff. de excus. tut.* Ætas liberorum probari ex libro paterno potest. vid. Roland. a Valle 1. *consf.* 31. *num.* 2. 3. 17 Si minor errore lapsus, sese majorem dixerit, nihilominus restituitur. 1. Harm. 11. §. 53. 18 Hujus generis sunt censuales libri. *l. 3. ff. de censibus.* & παιδογράφια, libri ætatum, quos parentes solent memoriæ causa conscribere. 19 *l. 6. in fin. ff. de in integr. restit.* 20 *l. 37. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. l. 2. §. 3. ff. ad SC. Velleian.* 21 Alius casus, quo denegatur minori in integrum restitutio, est in *l. 24. §. 2. ff. de minorib. 25. ann. & l. 11. §. 3. ff. h. t.* Ans. Non restituuntur ergo qui dolum admiserunt. Vide Oddo, *de restit. in integr. quæst.* 24. Andr. Gail. *l. 2. observ.* 65. Argent. *ad Consuetud. Britann. artic.* 471. *num.* 3. S. L. 22 Vel III. vel IV. 23 Διὰ τῆς οἰκείας ὄψεως, *Synops. Basil.* 10. *tit.* 25. *in fin.* 1. Harmen. 12. §. 54. id est, per proprium adspectum. *l. 32. ff. de minorib. 25. ann.* vid. quæ dicam ad *l. 3. J. quando tutores vel curat. esse.* 24 Malitia minoris ætatem justam repræsentat ac supplet: vel sic, Malitiæ non succurritur. *l. 38. ff. de rei vindic. l. 110. in fin. ff. de reg. jur.* 25 An autem competat exceptio nullitatis, vide Paris. *consil.* 97. *lib.* 1. Ruinum *consil.* 103. *lib.* 4. Socin. Jun. *consil.* 3. *lib.* 2. Curt. Jun. *consil.* 119. Cremensem *singul.* 163. Rot. Rom. *decis.* 137. Jasonem *ad Authen. Sacramenta puber. supr. si adversus vend.* Rim. *ad §. 2. num.* 30. *Instit. quib. alien. licet vel non.* Rom. *cons.* 12. *num.* 4. *cum seq.* Mod. 26 Si minor se majorem dixerit, aut probaverit apud Præsidem, aut per sacramenti religionem in instrumento adseveraverit, aut corporaliter juraverit, aliquando non restituitur. *Syn. Basil.* 25. *tit.* 25. *in princ.* 27 An minor adversus juramentum restituatur, vid. *l. 1. supr. si advers. vend. l. 9. §. 4. ff. de jurejur.* 28 Imo non videtur excludendus. *l. 5. in fin. supr. de leg. & const.* Solve: Plus est corporaliter jurare, quam instrumento aut nuda voce. Corporaliter jurare, est tactis sacrosanctis Evangeliis vel altaribus. vid. *l. 1. supr. si advers. vend.* adde 10. *Eclog.* 4. *tit.* 25. *cap.* 4. 29 Scriptum scripto plerumque refutari hinc colligit Cujacius *ad Novell.* 90. 30 Prolatione. *Hal.* sic Græci συμβολαίων παρὰ τῶν φερομένων. 31 Σωματικῶς *Synops. Basil. d. c.* 25. σωματικῶς αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ, corporaliter & ipsa veritate. 1. Harm. 12. §. 55. porro corporaliter jurare, quid sit, dixi ad *l. 1. supr. si advers. vend.* 32 Preces. 33 *l. 7. supr. de in integrum restitut.*
34 1. Paul. *sent.* 7. §. 3. *Eclog. d. l. tit.* 26. 35 Id est, eadem. 36 Exceptionis genus observa, *Tibi imputa, si non appellasti.* 37 Adversus sententiam judicis restitutio minoribus datur. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 26. 1. Harmenop. 12. §. 47. 38 Qui solent pupillo dari ad lites. 39 Nova defensio novam causam facit. 40 Ἐκ δευτέρου, *Synops. Basil.* 40. *tit.* 26. & 1. Harmen. 12. §. 48. 41 Denegata semel restitutio non est amplius petenda: nisi petatur ad aliud, vel ad idem ex nova causa, *ut hic.*
42 1. *C. Theod.* 17. 10. *Eclog.* 4. *tit.* 27. 43 Puta a Principe. huc refert Papon. 3. *Notar.* 9. *c. des lettres de justice.* Leonis constitutione, ætatis venia solet impetrari a judicibus, *Nov. Leon.* 28. *in fin.* Goth. Vid. Tiraquell. *de legib. connub. cap.* 9. Menoch. *lib.* 5. *Consil.* 478. Montan. *de tutel. c.* 37. *reg.* 2. *num.* 32. *& seq. usque ad* 61. S. L. 44 Principis auctoritate nemo debet decipi: ideoque pretium justum censendum, quod Princeps majorve magistratus taxaverit. vid. ad hunc locum Molinæum *de usuris quæst.* 59. *n.* 404. 45 Malim *Præfecto urbi.* 46 *l. un. C. Theod.* de his, qui veniam ætatis impetrarunt, *lib.* 2. *tit.* 17. 47 Princeps id raro solet concedere. *l. 3. ff. de minorib. 25. ann.* 48 Nota, quibus veniam ætatis Princeps indulgere soleat. 49 Ætatis veniam masculus impletis annis viginti, fœmina impletis octodecim annis a Principe potest impetrare. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 27. vid. 2. Harm. 12. §. 22. Leonis vero constitutione, etiam ante vicesimum ætatis annum, veniam ætatis impetrant. *Novell. Leonis* 28. *in fin.* 50 In fœminis octodecim, §. 1. *J. hic. dict. Novell. Leonis.* Porro hanc ætatem Constantinus *in dicta lege unica C. Th.* inter plenam, perfectamque adolescentiam & robustissimam juventutem mediam locat, & firmatam appellat: ætatibus ita distributis, ut prima ætas sit pueritiæ: sequens adolescentiæ: tertia, firmata: quarta, legitima: quinta, senectus. His addatur ætatum distinctio Servio Tullio constituta; cujus ex 1. Tuberonis historiarum meminit Gellius 10. *c.* 28. Servius enim Tullius cum quinque classes juniorum, census faciendi gratia, instituerct, pueros esse existimavit, qui minores essent annis septemdecim, atque inde ab anno 17. quos idoneos jam esse Reip. arbitrabatur, milites scripsit, eosque ad annum 47. juniores: supraque eum annum seniores censuit. 51 Annus in venia ætatis completus requiritur, non inceptus.